



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

Raemond, Florimond de

Coloniae Agrippinae, 1655

I. Diuersa prodigia quae illo die apparuerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

bus internectione fere deletum. Cæsar fugientes vnum milliare, alij longius, & ad tria etiam insequuti sunt, a media fere die ad Solis vsque occasum pugnatum fuit. Ad Cæsarem è confecturedeuotem Albanus Saxonem captiuum adducit, vadante per faciem sanguine ex vulnere accepto perfusum: qui vbi in Cæsaris conspectum venit, *Quandoquidem ita fortuna tulit, inquit, ecce metibi, Clementissime & potentissime Cæsar, captiuum sisto, vt me pro loci quo natus sum dignitate tractes, rogans.* Tum Cæsar, *sane hic quem nunc mihi tribuis titulus longe diuersus est ab eo quem ante mihi tribuisti, verum pro meritis ego se accipiam.* Integra hæc & plena fuit Cæsaris victoria, quum omnes fere qui cum Saxone fuerunt, aut occisi aut capti sint, exceptis quadringentis & amplius, qui cum maiore natu Saxonis filio, itidem vulnerato, V Vitemburgam euaserunt. Est sane diligentia vna ex præcipuis militaris ducis dotibus, quum vna sæpe hora amittatur, quod numquam deinde recuperari potest. Quod si Cæsar eo die Albim non traicisset, victoriam ipsius eurtum Albis procul dubio stitisset; qui sequenti diei ita auctus fuit, vt non modo vado, sed ne natau quidem, ob summam aquarum violentiam, potuerit transmitti. Quin etiam si Saxo duodecim dierum spacium habuisset (quod captiuus non semel dicere solebat) ad triginta pedum & septem aut octo equitum millia contra Cæsarem fuisset producturus. Fatendum sane est ingens hoc fuisse militare facinus, nimirum profundum, ac nullibi fere vadofum fluium traicere, hostem tam longe persequi, solo equitatu tam equestres quam pedestres hostium copias, sylua etiam quosse recipere, munitas, sine omni tormentario apparatu, quo hostis abundabat, aggredi: hacque vna clade Protestantium factio tota ruisset deleta, nisi quidam postea publicam vtilitatem priuatis suis commodis & cupiditatibus posthabuissent.

DE PRODIGIIS QUÆ EO DIE
quo prælium commissum est, euenerunt.

CAPVT XVI.

ARGVMENTVM.

- I. Diuersa prodigia qua illo die apparuerunt.
- II. Miraculum circa Solem.

III. Ludouici Auila de illo testimonium.

IV. Auila nobilis Itali.

V. Sleidanus Auilam mendacii non accusat.

VI. Imperatoris victoria potius dictum & quanti ea momenti fuerit.

I. **I**N rebus vstratum Naturæ cuiusum superantibus, lente admodum & tarde haberi fides solet; & miracula vt plurimum in falsitatis suspicionem veniunt, nisi locupletum auctorum qui ea ipsa quæ recitant viderint, nec ab alijs tantum acceperint testimonijs comprobentur. Quod hoc loco scripturus sum, quodque Anno M. D. XLVII. Aprilis die XXIV. eo ipso die quo memorabile illud Cæsaris cum Saxone prælium commissum est, (a) accidit, tam admirabile est, vt vix vllam afferre auctim probationem ad demonstrandum, cælum & terram eo die in hærefeos exitium coniuasse, nisi fide dignos haberem auctores, tamquam eorum quæ à me dicuntur vades. Et quidem eo ipso tempore quo Catholicus exercitus prælij copiam; hæreticorum vero elabendi spacium quærebatur, aquila visa fuit, quæ Cæsarianum exercitum in gyrum circumvolitans lustrauit, tamquam victoriam, quam Imperialis aquilæ milites paulo post adepturi erant, prænuncia. Et lupus è sylua progressus, in Hispanorum militum globum incidit, à quibus gladiatorum ictibus subito confossus est. Sed ad ipsum miraculum veniamus.

II. Primò, cælum tamquam igne ardens & Sol sanguineo conspectus fuit. Et vtrique exercitui sol tardius incedere & longius victoria spacium dare visus est. Sleidanus totum hoc, quod Protestantium causæ parum faueret, paucis & obscuris verbis tantum perstrinxit, aiens, illis diebus solis aspectum valde fuisse tristem, obscurum, pallidum & velut caligine quadam circumdatum, vt plerique à Saxonia longissime remoti & ignari quid ageretur, iudicarent magni aliquid portendi; nec eoin in Germania solum, sed per Galliam etiam & Britanniam id fuisse obseruatum, & ita rem habere, multa hominum millia testificari posse. Hæc Sleidanus. Verum Ludouicus Auila qui prælio interfuit, & Baptista Gribaldus nobilis Italus, ille quidem II. belli Germanici libro, hic verò in quadam suarum Relationum, de prodigio hoc solis aspectu ita loquuntur.

III. Quo die prælium commissum est, inquit Auila,

ingens

a Vlenberg. Vita Melanchthon. cap. 17.